750 vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes et eorum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Convocationeq et aliis quibusvis Iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Fidem Stawscy M: Succamerario Terrae Sanocen. Roborant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premislien. Generosi Damianus et Franciscus Stawscy filii Generosi olim Georgii Stawski fratres inter se germani sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus iuribus Iurisdictionibusq alius quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo particulari interesse recognovit Quia ipsi scriptum certum manuale per se Recognoscentes in rem et manus Magnifici Andreae de Kowytanice[?] Stano[?] Succamerarii Terrae Sanocen. ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de alta et dato illius hic Premisliae die hodierna in actu contenta confectum datum manibus Recognoscen. subscriptum In omnibus et singulis eiusdem scripti conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi et inviolabiliter observare omnibusq et singulis illius contentis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere scriptumq praefatum ad inscriptionem praesentem Roborationem et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praefatum scriptum vicissim in toto referendo Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq quovis corporali iuramento Itaque per praefatos Generosos Stawskie fratres germanos vivae eius successores suprascripto Magnifico Succamerario Terrae Sanocen.

suae eius posteris

sive eius posteris ob non completionem scripti praefati contentorum omnium et singulorum tum in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque quovis corporali iuramento taxandis uti ut praefertur succubitis ac re aliqua principali ex praemissis scripti praefati non completa complenda citati existentes memorati Recognoscentes Generosi Damianus et Franciscus Stawscy aut eorum Successores ad instantiam suprascripti Magnifici Andreae de Korytnicze Stano Succamerarii Terrae Sanocensis aut ipsius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Exurre recessu suprascripto quo sua respondendum spectat mediante semper in primo citatio necnon termino tanquam peremptorio stare comparere eaque damna praefata Terrestria hic inserenda omni huic satisfacere acsi more iudicatum esset debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes eiusque eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Edictorum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullas notiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis earum omnibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello concertiones et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis nove subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wysokinska Abrenunciat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Anna de Stawo Generosi Alexandri Wysokinski consors legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et voluntario ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus